

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Scientia universalis concionandi seu dictionarium morale - Cod. Ettenheim-Münster 88-91

A-C - Ettenheim-Münster 88

Richard, Jean

[S.l.], 1776

Beatitudo

[urn:nbn:de:bsz:31-110859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-110859)

»na, induuntur purpurast bysso, et subinde conscientia pan-
 »nosa jaest: monilibus fulgent, et moribus sordent.....
 »Nativo quippe et interno se produunt decora nuda, quae
 »tanto studio et pretio de variis spaciabus ejus quae praer-
 »tant figura mundi foris sibi conficere satagunt, unde
 »oculis insipientium appareant speciosa. Ille verus et
 »propius uniuscujusque sui decor, qui nulla interjacente
 »materia per se inest: ô quam decenti rubore genas suffu-
 »fundis ingeniti gemma pudoris! profecto ornatus ipse
 »tuis tantò tibi manet tutus, quantò est proprius.

Dominus Stapletonius Anglus in Dominicam quin-
 quagesimae ostendit summopere mirum esse, quòd homi-
 nos, ut se ad Quadragesimale jejunium praepararent, illis
 gaudiis se darent, quae 1^o sunt intempestiva, 2^o irratio-
 nabilia, 3^o impia et saluti pernicioza. »Non est 1: Est
 textus S. Basilii, quem refert: 1^o » per temulentiam aditus
 » ad jejunium, nec ad justitiam iter per fraudem, nec ad
 » sobrietatem per lasciviam, nec per malitiam ad virtu-
 » tem; crapula et ebrietas ad lasciviam inducunt; ad jeju-
 » nium frugalitas, p.

Apud P. Bursarum Jesuitam multi alii SS. Patrum tex-
 tus leguntur sub his titulis: Chorrea, Ebrietas, Immodestia,
Luxuria, Otium, Voluptas carnis.

Beatitudo.

Beati, coeli et terra bona.

Vide Paradisus.

Sermo Primus.

Dominus bonum est nos huc opes faci'amus tria
tabernacula. Matth. 17. v. 4.

Haec sunt verba et sensa Apostoli ad ea, quae videt, cali-
 gantis, et iis, quae audit, irretiti. à Magistro suo in praesal-
 tum montem ductus, ipsum in tranquillo seorsu clara
 luce totum splendentem, vestimenta ejus nive candidiora,
 Moysen et Eliam à novo quodam mundo, ut ipsius trium-
 pho adessent, redire videt: fuitne unquam spectaculum ali-
 quod magnificentius et magis in admirationem rapiens?

Quanta gaudii occasio dilecto huic Apostolo vocari in
 spectatorem et testem Majestatis, plus quam humanae Dei,
 qui per quaedam momenta in sanctam humanitatem suam
 resiliens facit animae suae gloriam, quam hactenus per mi-

vaculum occultaverat et suspenderat. Et quis nostrum hanc felicitatem S. Petro invidens, blandè se tentatum non sentiat, ut quemadmodum ille, etiam diceret: Domine bonum est nos hinc esse: faciamus hinc tria tabernacula.

60.

Hæc prope modum verba, hæc sensa nostra forent; verba tamen et sensa, quæ Evangelista, à quo referuntur, dicitur, expressè nobis indicans, Apostolum hunc, quod loqueretur, non vixisse. Minus adhuc, quam ipse, nos illud sircamus, si ita loqueremur, jam in hac vita beatitudinem aucupantes, quæ, nisi in altera, fieri non possumus; cupientes erigere tria tabernacula in civitate, quæ non est permanens; quietem ante laborem, et coronam ante victoriam desiderantes.

Non, non, nulla in hoc mundo felicitas est, nec nisi in altero illam expectare valeamus: Sed hoc in hac vita nobis est utile, quod ut est misera sit, tamen per eam alterius felicitatem et beatitudinem adipisci valeamus.

Divisio.

Ergo animi nostri sensa corrigamus, et erga nos ipsos sinceriores, quam hactenus fuerimus, futurae vitæ, si ita oportet et noscitur, presentem jungamus, et de una propter alteram loquamur. Volumus et arbitramur, nos in hac vita posse esse beatos; primus error. Ex presente vita ad æterna futura bona promerenda comparandum facere volumus; secundus error. Felicitatem presentem velut possibilem intuemur, quia difficultates, quibus implicita est, non parvidemus; futuram verò tanquam impossibilem consideramus, quia nimis magna obstantia superanda se in ea nobis obiciunt. Ambos hos errores duabus oppositis veritatibus corrigere satagamus. Nunquam verò et perfectè beati hinc in terris esse possumus, prima veritas. Possumus tamen, si nempe hinc sanctam vitam duxerimus, mereri æternam in celo beatitudinem, secunda veritas.

Sarsj ma
Si.

Quò dignoscamus, num hinc in terris beati esse possumus, nobis cavendum est, ne notioni, quam de beatitudine nobis efformamus, aquivocationem admisceamus. Quilibet sibi, prout capit, illius effingit ideas. Quod his est beatitudo, non semper est aliis. Talis in mundi oculis beatus videtur, qui in suis propriis non est; et talis ex aliorum iudicio est infelix, qui suâ sorte contentus, cœcitatem illorum deplorat, qui conquaruntur. Igitur sermo mihi non

est de inconstanti ista felicitate; id sunt axat Suanidum,
an quis perfecte contentus et solide beatus hic in mundo
esse possit.

Fortè in vita tranquilla invenitur felicitas? Vide- 62.
tur quod sic, cum ipsamet S. Scriptura Sanctorum felicitatem
velut quietem aliquam nobis exhibeat, non enim Ecclesia
pacem pro hominibus bonæ voluntatis à Deo postulet: adeo-
que quò tranquillior vita, eò beator. Quanta veri dulcedo,
dicit quispian! ibi civitatis stragitus ac pomposus Aula-
tumultus non auditur; suave silentium illud, quod non in-
terrompitur nisi campestribus ac innocentibus pastorum
nostrorum cantilenis. Quàm beati Ecclesiastici! ipsis nec
familiae aliusque cura, nec molestia; dormientibus faul-
tates advolant, ubi os suum divinis laudibus consecerant,
tum quod agant, nihil amplius habent. Quis Monacho bea-
tior? pauper est, quin vel minimum paupertatis sentiat
incommodum; captivus, quin tamen libertatem amittat;
mortuus, quin vivere desinat; hominum frequentia subin-
de non alio fine utitur, nisi ut ab eorum molestiis aliamen-
to se faciat; solitudinem incolit non nisi ut illius severita-
tam non sentiat; laborat sine molestia, atque ex Sancti-
otii suavitate compendium facit.

Lubens crediderim, quemquam beatum fore, si perfec-
ta quiete fueretur; at ubi quies hæc invenitur? O campi
deserti! O misera solitudines! O terra desolata, quot et
quanta mala, curas, inquietudines devoratis! Ecclesiasti-
cum in otio, sacerdotam, qui ministerii sui officia non ad-
implet, omnium mortalium miserimum reputo. Si ex-
terna non reddunt inquietum, tum profecto interna id
prestant; si mundi tumultus illum non conentit, tum
propriæ cordis motibus obruitur; si ipsi cum aliis, qui pro-
prii commodi gratia ipsum colunt, pax est, tum secum
ipso illam non habet. Ne vadatis Religiosis etiam in
suis Monasteriis quoad certa capita majus privilegium esse,
quàm aliis alibi. Sunt ipsis, ut veritatem fatear, magna
ad servandum Deo commoda, infinitis molestiis ac pericu-
lis sunt liberati; sed laborare eos oportet, et qui semel Deo
consecratus est, si statu illo, cui se mancipavit, indignam
vivendirationem imitat, regulas illius non custodians, et à
pietatis exercitiis discedere præsumens, omnium esset infeli-
cissimus.

Imò qui molestiis et magnis negotiis sunt implicati, in multiplicata intricatarum rerum, quibus occupantur, haec saltem capiunt commodum, quòd infelicitatem suam vix sentiant, mororòque non nisi velut per transennam afficiantur, nec ipsis tempus suppetat, ut eam serio secum reputent. Secreta agendi et vivendi delectatione delinitis, haec insuper voluptas est, ut quarantur, atque infortunatos se praedicent. At iis, qui in molli otiositate vitam degunt, sicut multa mulieres et adolescentes, funestum est otium propriam miseriam examinandi, tota mens ipsorum et ipsarum malis praesentibus sentiendis, futuris vero praesentiendis est intenta. Ipsorum Desidia ipsis est molestior, quàm gravissima quaeque onera; nihilque agendo magis se fatigantur, quàm alii multum laborando, quies ipsorum sicut supplicii loco est. Si nulla ipsis familia, quae ipsos inquietet, tum mille inordinatis desiderariis lacervantur, ipsorum cupiditates ignavia irritata in continuo sunt motu, et cum nullis firmantur virtutibus, omnibus vitiis in praedam cedunt: Et quis huiusmodi vitam, ut ut tranquilla sit, beatam nuncupet?

63.

Erit ergo beata, dicetis mihi, si splendida et illustris fuerit: fatandum, Splendorem sua habere illiia, ibidemque nobis in multis infortunis solatio esse posse. Dei filius, cui cordis nostri imbecillitas apprimè nota est, nobis Sanctorum felicitatem velut aeternam gloriam, coronam, regnumque exhibet. Ne id dispimulemus, Splendidißimae conditiones in nostra idea sunt felicißimae. Videntur ea omnia continere, quae animum nostrum expleta possunt, ut voluptates, facultates, gratas Societates, dignitates, cognationes et affinitates, Magnatum favores, libertatem de aliis benemerendi.

An quidpiam dulcius, quàm Spectabile munus quorundam sustinere, infinitamque hominum multitudinem ad pedes nostros reptantem videre? Quidquid dicat Evangelium, sola ea placent opera, quibus ab aliis distinguimur, ut ut Devoti, tamen malimus super candelabrum Spectari, quàm sub modis abscondi. Id fateamur, nunc morem pravitas non amplius est in usu, sed haec, qua vivimus, aetate, virtus est in pretio: Sed quanam virtus? Scilicet ea, qua splendet. Magnificè construere aedificia, pretiosis donis altaria exornare, usque nomen et arma nostra affigere, est quod magne felicitatis loco nunc apud nos venit.

At verò quanam hæc felicitas? an propterea à mortis doloribus et conscientia perturbationibus eximimur? mille periculis semper expositi, mille arumnis et laboribus circumvallati, præsentis fortuna nostra incerti, magis adhuc ultimi facti nostri, quò semel deveniemus, nobis ignotum est, ac præsentis ipsomet tempore nunquam ea omnia nobis sunt, quæ ad explenda vota nostra ~~beat~~ necessaria judicamus.

Si natalibus clari sumus, tum ad tuendam illustrem conditionem nostram desunt facultates; quòd si illos possidemus, easdem conservare non novimus. Si nobis quidam adoratores sunt, tum è contrà centum amulos et invidos patimur: in amicis nostris beati, in domesticis infelices, exterius comitar accipimur, interius exagitamur; hodie in splendore, cras in obscuritate; hodie Domini, post exiguum temporis intervallum Servi; modo ab hominibus culti, nunc contemti; hinc in deliciis, ibi in doloribus; in molestia viventes, in tristitia moriantes; qua ratione beati sumus? Si ambitionem nobis Dominari permittimus, nihil infelicius; si naturali propensione resistimus, nihil violentius.

Non Superbire, cum aliis sumus Superiores, ob propriam dignitatem nullà offundi caligine, inter populares applausus modestiam præferre, nec propria dignitate aut gradus amulos esse, nec injuriarum intolerantes, hæc sunt difficilia, quæ tamen agere nos oportet, si Christianè vivere velimus. Hinc vobis non dicam, quòd Magnates, præter communia omnium conditionum infortunia, adhuc speciales suas habeant difficultates et cruces. Quòd splendidiores sunt actiones, eò magis laboriosa sunt et periculosa; quò plus emicant virtutes, eò perniciosioribus exposita sunt erroribus; sapè minus sunt virtutum, quàm amoris proprii opera.

Qua ergo vita nos felices reddere potest, cum nec tranquilla, nec splendida id præstare valeat? Fortè erit vita laboriosa et virtutum operibus occupata: ad hoc dicere vobis possem, quòd, si hinc in terris nos esse beatos fas esset, tunc vel maximè hoc vita genere. Ipse enim Jesus Christus mihi suffragaretur, qui in eo veram felicitatem constituit: Beati pauperes Spiritu, beati mitis, beati pacifici p. 55. Patris sententiam meam tumatim auctoritate

Sua firmarent, imò sapientissimi et honestissimi Ethnici mihi putosciparentur. Ea vobis proferrem, quae fors hactenus non audivistis, veram namque rationem assequendi in hac vita beatitudinem esse, ut illam non desideremus. Enimvero cum sola spes nostrae desideria nos gaudis afficiant, ita etiam ipsa sola nobis moerore affert. Hinc bona nobis proponunt; illinc vero videntur non nisi ea nobis monstrare, ut illorum possessionem nobis denegent, adeo ut semper doleamus, vel quod ea non possideamus, vel quod ea amittamus.

Haec sunt, quae vobis dicerem: varium quid illa salura juvat? Probi melius patientur, sed tantum imò interdum plus, quam alii. Providentia divina illos excruciat, ut ab amore vita abducat; ipsis majores, quam alii, sunt vires, sed etiam saepe plures habent hostes, quibus inimicant. Ceteris quibusdam temporibus videtur, quasi omnia infortunia ipsos obvium turmatim veniant; coelum, terra, infernum contra ipsos arma capiunt. Ab iis, quos diligunt, vexati, ab iis, qui ipsos diligunt, derelicti, calumniis affecti, proditi, spoliati, ad quem confugiant, nesciunt. Nudis fidelis amicus, ad quem in suis laboribus et arumnis accedant, nisi ipsorum Deus cui affixus, quem amplexantur, et cuius sacros pedes lacrymis suis irrigant: O Pomina cœne Desores, sicut ceteri homines illos deserunt? Id interdum agit, ut eos probet. Equidem vanas et frivolas consolationes non quaerunt; nec palam conqueruntur, sed dolorem suum suffocant; varium an propterea ipsis cor ferreum est mensque aenea? Imò tunc majoram sentiunt dolorem, indèque nobis innotescit regnum ipsorum non esse de hoc mundo. Igitur hîc in terris variè et perfectè beati esse non possumus; sed in hac vita mereri possumus, ut aliquando in coelo beati simus.

Parv. Ia
65.

Cum dico, nos hîc in terris mereri posse, ut aliquando in coelo beati simus, ne, quæso, hanc propositionem ad rigorem, et in sensu Balagianorum aut Semipelagianorum sumatis. Equidem possunt homines proclaris suis dotibus aliorum æstimationem et remunerationem mereri. Quod quis accersimus ingenio et grandi animâ potest, pulcherrima sit specie, dexter, obsequiosus; quod ipsi sit candidus, sapientia, animus fortis; gravitas sine superbia, audacia sine insolentia, constantia sine

obstinatio; ea animi presentia, et dexteritas, ut periculo se subducere suat; ea affabilitas et modestas, ut in sua prosperitate sui ipsius haud obliviscatur: talis in saeculo in mundo versari, nec non proclara obire munera, summiq[ue] momenti tractare negotia. Sed quid haec omnia ad obtinendum coelum iurant? Talis his omnibus proclavis immo adhuc proclaviores adhuc dotibus et qualitatibus erit praeditus, qui nihilominus non nisi Dei contemptum et iram incurrat. Haec non sunt opera plena, prout Deus celebri illi Apocalypsis Episcopo exprobrabat*, tunc etiam plena sunt, cum Supernaturalia, in statu gratiae facta, et omnibus necessariis conditionibus munita fuerint.

* Non in vano
opera tua plena.

Ad hocque cum raro illo genio, quem alii in^{ta} admirantur, cum illa animi magnitudine, quae tibi universalem admirationem conciliat, cum profunda illa prudentia et circumspectione, qua omnes dolos praevideas et praevortis, nihil apud Deum miraberis, nisi ea, quae agis, charitate et gratia animentur. Datam fidem inviolata liberas; magna aequitate eos, quorum iurata nosti, remuneras; nullis laboribus frangaris, et consilia tua intrepidè exequaris; religionis rationes et commoda subtilissima politica jungere vales, iura tua cum animi firmitate tueas, quin ab observantia, quam Ecclesia debet, illa etiam dignitate tua, recedas. In consiliis tuis probus, in arumnis tranquillus, in bonis magnificus: haec omnia sunt actiones pulchrae, magnae, et excellentes; Deus eas adhuc in hac vita remunerabitur felicitate quadam, quae omnibus rebus, quas capofueris es, velut alligata videbitur: Sed patere, ut dicam, quod, nisi haec omnia in statu gratiae à te parata fuerint, aeternam coronam merari haud valebitur.

Istud proinde in hac vita commodum occurrit, quod multo
66.
la sit conditio, cui Deus gratias non obligaverit, quibus merari possimus, ut aliquando in altera beati simus. Orthodoxa veritas, et quae apprimè nos consolari debet. In hac vita perfecta felicitate frui haud valeamus, attamen utiliter pro illa, quam in altera speramus, laborare nobis faceret. Singulas Christianorum conditiones examinemus, quod veritatem hanc magis sensibilem et intelligibilem reddamus.

Quid raris de Statu Ecclesiastico censes, qui
 tranquilla vita illi respondet, de qua prima hujus sermo-
 nis parte vobis locutus sum? Crediturne quampiam in eo
 salutem consequi non posse? Equidem verum est, quod
 eadem terribilia annexa sint onera. Contremisco pro
 tot Beneficiatis, qui hereditatem Jesu Christi sepopu-
 lantur. An non dantur Sacerdotes, qui postquam divi-
 num sacrificium obtulerunt, justitiae Dei traduntur, cu-
 jus misericordiam imploraverunt? An non dantur Prae-
 lates, qui postquam peccatoribus januas aperuerunt,
 sibi ipsis eandem claudunt? An non dantur Pastores, qui
 postquam Jesu Christo alios reconciliarunt, se ab ipso divi-
 dunt? Sed quid foret, o Domine, si sancta illa anima,
 qua omnibus renunciant, ut te sequantur, qui tibi bona
 et spem suam consecrant, si electus grex illa, hi visibiles
 Angeli asylum quoddam in domo tua non reperirent?

Porro negari non potest, magnas gratias et media
 ad merendam Sanctorum felicitatem in Statu Ecclesiasti-
 co reperiri. Ubi feridissimi illi Dei Servi, ubi generosissi-
 ma anima illa, qui se omnibus exponunt, ut pro ipsius
 gloria laborent? Nonne in Statu Ecclesiastico reperimus
 o Apostolici labores! o curae, o vigilia, o severae virtutes!
 quibus estis destinatae, nisi his desecratis hominibus?

67.

Sed quosdam religionis contemptores aut inconsulti ferri-
 tos audias, qui dicant omnia in Ecclesia corrupta esse, in-
 ter Sacerdotes non nisi scandala, molliem et avaritiam
 reperiri. Equidem dantur iniqui Sacerdotes; dantur Pasto-
 res mercenarii; et utinam nulli essent! At utique quo-
 adhibebuntur hujusmodi malignae inventiones? An
 ergo nemo unquam secum reputabit, quod quamdiu
 erunt homines ab Adamo descendentes, tandem etiam in
 sacratissimis ministeriis iniqui homines futuri sint.
 Verum idus obest, quin ingens sit Ecclesiasticorum
 virorum numerus, qui in spiritu et veritate Dei serviant.

An unquam major visa est probitas, modestia
 et moderatio apud Ecclesiae Ministros? An unquam
 Praesules tanto studio graeci sui invigilarunt? Non ob-
 stante Sauli corruptione videntur adhuc Moderatores
 et Confessarii, qui in poenitentiae tribunali cum summo

patientia mille labores et fastidia devorant. Videmus adhuc Missionarios, qui Spiritu Dei animati sudoribus suis Steriles campi ignari agros irrigant, qui ignota Deserta percurunt, vastissimasque Silvas vehementis fervoris sui fragore personare faciunt. Videmus adhuc viros, qui ad extrema terra cum vitæ propria periculo in barbaris illis climatibus, quibus Evangelii lumen hactenus notidum illuxit, perditas jam animas quaerunt sunt.

Sed potestne, quis coelum moveri in Splendente vitâ illâ, de qua vobis locutus sum? Nihil in Evangelio magis infame, quam illa. Ibi Dei Filius divitibus Diva imprecatur; S. Paulus illos velut misera idola intuetur, et SS. Patres nunquam fuere eloquentiores quam circa hoc argumentum. Haec conditiones vitium fovant, virtutem destruant, mentem venenant, et cor replent malitiâ.

68.

Verum quin quidquam de Divitiis loquamur, an non illustri loco nati homines communiter sanctissima vitæ munera contemnunt? Equidem morales virtutes fortè, at christianas non curant; ipsis est animi magnitudo, sed haec non nisi fastus est, at superbia; fidem hominibus datam servant, at Deo sunt infideles; cum favore amicis obsequia praestant, at inimicos crudeliter persequuntur; in hujus vitæ negotiis impigri, at circa ea, quae alteram spectant, ignavi sunt; urbani erga divites, erga pauperes duri; pro sua temporali fortuna laborantes, et pro aeterna salute nihil agentes.

En Auditores, quam magna in eminentioribus conditionibus occurrunt vincenda difficultates; attamen vel inde, qui in iis sunt collocati, aeternam mercedem mereri possunt. Et profectò omnino inauditum foret, si divites salutem aeternam consequi haud valerent, ipsisque Deus facultates tribuisset, ut aeternum infelices essent, necnon ei pro tam funesto beneficio grates rependere tenerentur.

In Divitiis magna ad salutem obstacula inveniri non dubitaverim, hujusque fidem mihi facit Evangelium; Sed etiam in eodem Evangelio habeo, quòd iis amicos nobis favore possimus, ut in aeterna tabernacula recipiamus, necnon cum iis proclarissimas et probatissimas virtutes exercere valeamus.

69.

Cum Spectabili loco natae personae se ad Dei partes vertunt, tum ipsis quadam obveniunt commoda, quibus ceteri homines carent; ipsis praestantior ratio, animus, pietas, mentisque magnitudo; ipsis sunt sensa Christianismi maiestate digniora; melius quoque officiorum suorum regulas distinguere norunt. Quid praestantius et ad bonum exemplum comparatius, quam quarundam Matronarum pietas? An non admiratione afficimur, cum in Regia Ministros videmus, qui feruentissimis Solitariis pudorem inueterent? in exercitu Duces et Praetores Tribuno illi similes, de quo Christus agebat, se tantam fidem in Israël haud invenisse?

70.

Si per vitam laboriosam eam intelligimus; in qua nos ipsos in virtute exerceamus, inutile foret dicere, quod sic coelum mereri possimus; hoc enim idem esset, ac dicere, quod coelum mereri coelum merendo valeamus: At verò si eam intelligimus, quam populi vulgus et agere in continuo labore tolerant, tum fatari oportet, quod inter ipsos minus morum corruptela vigeat, quam inter Magnates. O Domine, tu solus hominum corda nosti, nihilominus ausim dicere, quod ubi unus primi ordinis homo salutem consequitur, centum aliis infimae et obscurae conditionis hominibus misericordiam impartias. Nudus ipsis vitae amor, se periculosi otii illucis seduci non patiuntur, bona fide Christianismi veritates credunt, Evangelii praedicationem auscultant ut inde utilitatem capiant et compendium faciant: atque, ut cum S. Augustino loquar, dum divitiis cum multa conditione sua damnantur, populi vulgus et pauperes cum sua ignorantia coelum rapiunt.

71.

Verum nemo sine quadam consolatione relinquamus: Ad vos Fr. M. pertinet coelum istud, vestrumque esse Jesus Christus ipsamst vobis fidem facit, si nempe ea praestiteritis, qua ille vobis praecipit. Vestrum est ius donationis, ius successione, ius acquisitionis. Ad coelum vocati estis, illud hereditas Domusque vestra est: Quam proclara! quam spatiosa est domus ista! O Jacob quam grata sunt tabernacula tua! haec unica spes mea, hoc desiderium meum, scilicet ut in ea inhabitam.

Ô Sanctam et gratam Sion, ubi omnia permanen-
tia, nihil fluxum! Ô Statum felicem, ubi familiari-
tas sine contentu, Satietas sine fastidio, possessio sine
odio et amulatione! Ô beatam vitam! in qua est per-
petuus flos juventutis, qui non macerit, Jovis pulchri-
tudinis, qui non tabescit, vigor sanitatis, qui non habet
vitæ! torrens voluptatis, qui non arcescit! ardor charitatis,
qui non tepescit! Quando hæc beatitudine fruamur,
et quid non agere debemus in terris, ut ea digni efficiamus?

Beatitudo.

Beati,

Cæli et terræ Bona.

Gaudete et exultate, quoniam merces vestra copio-
sa est in cælis. Matth. 5.

Profesto om-
nium Sanct.

Sine Solemni hæc Dei promissione, qui verbo suo fide- 72.
lis sibi ipsi nunquam contradicere potest, conditio nostra
omnium conditionum infelicissima, ^{esset,} inquit S. Paulus Apos-
tolus. A mundi gaudiis et voluptatibus ex Baptismi nostri
obligationibus alieni, mortificationem Jem Christi jugi-
ter in corpore nostro portantes, vitæ et votorum nostrorum
sanctitate in ipso motui, absconditi et sepulti: Si tota
Spes nostra ultra hujus mundi limites non protenderetur,
omnium hominum æsemus miserissimi. * Si in hac vita * 1. Cor. 15.
tantum in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus
omnibus hominibus.

Egere, si non re ipsa, saltim Spiritu et affectu; sine
intermissione in valle lacrymarum et laborioso exilio
gemere; Suavitate et humilitate naturalissimos iræ et
superbiae motus interius suffocare; sine indignatione
et murmure crudelissimas persecutiones et atrocissi-
mas injurias tolerare: in obligationes nostras, idque
quod ipsamet Jem Christus beatitudinem nuncupat. Et
tamen: quanam hæc beatitudo, si tota Spes nostra hujus
vitæ consolationibus duntaxat terminaretur? Verum
latemus N. M. latemus, inquam, merces copiosa in
altera nobis promittitur. Hanc Spiritus paupertatem ex-
cipiat deliciosa abundantia, his gemitibus et lacrymis succedet
sine fine gaudium; his fluxis persecutionibus quies et
felicitas æterna.

73.

Notum fac mihi Domine finem meum.

Sancta Propheta, olim à Deo postulabas, ut tibi indicaret, quisnam aliquando finis tuus esset, futurus: En finis tuus; nempe Dei ipsius possessio: bonum tuum erit id omnia, quod Deus est. Si tibi cor est, tua oportet, ut illud habeas ad amandum; Si tibi amor, tum totus esse debet pro Deo, qui ex parte sua in suis præmiis est infinite magnus, pro minutissimis ex tua parte rebus.

En Summam, inquit S. Augustinus, hominis felicitatem. Verè beatus dici potest, cum habet quod amat, et amat quod habet. Anima Sanctæ, quæ cum Deo in celo regnat, vos sola estis perfectè felices. Si in amore vestro reperitur desiderium, illud non turbat possessionis vestre lætitiã, et si in vestra possessione est lætitiã, hæc vestri amoris desiderium non impedit. Desideratis, sed sine inquietudine; possidetis, sed sine fastidio: Et ne in desideriis vestris inquietudo quadam inveniatur, desideratis quod habetis, et habetis quod desideratis. Felicitas universalis, et felicitas æterna; en in quo Paradisus consistit omnis generis bona possidere, et ea in æternum possidere.

Divisio.

Partis prima.

74.

Portio mea in terra viventium. Sedabit populus in pulchritudine pacis. Possideto regnum, quod paratum est vobis. Coronam justitiæ, quam reddet Dominus.

Parca in S. Scriptura inveniuntur, quæ ad id Divorsis nominibus Spiritus Sanctus insigniverit, ac beatorum felicitatem. Hic terram viventium, ibi gratia et saliosam pacem, modo amplum Regnum; nunc coronam justitiæ: hic nuptias et sponsam; alibi Salarium et mercedem eam nuncupat. Eius uni eidemque rei nomina, parabole et similitudines tam diversæ? Nampe ut intelligamus, felicitatem Regis et Domitoris esse honoris et gloriæ felicitatem, felicitatem Sponsi et Sponsæ ipsi nuptiarum diebus esse gaudii et voluptatis felicitatem; felicitatem Sarsi, cui Salarium datur, et militis, cui merces retribuitur, esse felicitatem quæritis et emolumentis: et cum omnes hæc Divorsæ felicitates omnia hujus mundi bona contineant; ita etiam felicitas illa, quæ ex possessione Summi boni oritur, Summa est felicitas, quæ omnes alias complectitur.

Profectò, inquit S. Thomas, est ejusdem naturæ cum bono, quod possidetur; si bonum istud solidum est, tum ipsa constans erit; si fluxum et fluctuans, tum ipsa incerta erit; si terminis et limitibus circumscriptum, tum et ipsa terminos et limites habebit: Verus hujus mundi bonorum caracter, quæ omnibus

hæc imperfectionibus sunt subiecta. In ipsis nec
divitiæ scientiam, nec scientia sanitatem, nec sa-
nitas honorem tribuunt: cum horum bonorum
quædam possidemus, cæteris caremus. Tu Solus, Ô mi
Deus! es bonum per essentiam, et omnium bonorum
essentia; et quia universale bonum es, ideo non nisi
universalem felicitatem in nobis procreabis.

Astra, quæ durante nocte videmus, qualibet cla- 75.
ritatem et lucem suam habent, hæcque in quibus-
dam est lenior, in aliis fortior; huic vividior, illi
obscurior: cum de nocte hæc astra contemplamur,
ipsorum pulchritudine delectamur; at, quampro-
mum comparat, tum debiles hi fulgores antinguntur,
Sola quæ ipsius claritas amplius et copiosius su-
pra horizontem nostrum lumen offendit, quàm omni-
um istorum astrorum.

Vita nostra in hoc mundo non nisi longa nox est,
hinc propter rationis, illinc propter fidei obscuritatem,
in qua versamur. Omnes creaturæ, quas complectitur,
nos delectant propter splendorem, quem Deus in ipsis dif-
fudit: at verò quia certis quibusdam terminis sunt
circumscriptæ, hinc etiam felicitas, quam nobis tribu-
unt, suos habet limites; et quemadmodum tota luna, quam
astra, dum fulgore suo oculos nostros perstringunt, emit-
tere solent, siem procreare, aut ne nox sit, impedire non
potest: ita quoque tota bonitas et pulchritudo creatura-
rum, ubi etiam cor nostrum possident, ipsum satiare,
et ipsi universalem felicitatem tribuere non valent.
At quando nox ista pertransierit, ubi magnus gloria dies
apparuerit, quando Sol iustitiæ super nos ortus fuerit,
tunc omnia hæc flumina bona disparabunt, et unicus Dei
aspectus majore nos gaudio perfundet, quàm omnes
creaturæ simul sumtæ.

Hujus mundi bona non sunt nisi bona particula- 76.
ria, et potentia, quarum ope ea possidemus, non sunt
nisi particulares potentia: cibos non nisi per gustatum
possidemus, odores per odoratum, aurum et argentum per
potestatem de iis disponendi. Equidem verum est, quod

intellectus et voluntas sint potentia universales; intellectus, qui sibi omnium eorum verum, quas sensus in particulari cognoscunt, species et ideas affirmat; voluntas, quae pro bonis illis sibi ab intellectu propositis universaliter habet desideria; sed non minus verum est quod, etsi hic intellectus et ista voluntas sint potentia universales, nihilominus cum Deum non nisi lumine fidei obscura cognoscamus, eumque non nisi vacillantibus et imperfectae charitatis motibus diligamus, hic in mundo nunquam universali felicitate frui possumus.

77.

Quocirca fruamur, oportet, inquit S. Bernardus, ut Deum, sicuti est, possideamus. At verò hic in terris cum, non sicuti est, sed sicuti vult, possidemus: non tam illum possidemus, quam quiddam aliud, quod extra ipsum est.

* Tract. de
vita solitaria
c. 17.

Quocirca universali felicitate fruamur, oportet, inquit S. Laurentius Justinianus*, ut in eâ inveniamus quandam voluptatis formam, qua nos felices efficiat; et haec est sola praedestinatorum prerogativa. Ibi velut torrente incomprehensibilium et divinarum deliciarum inundantur, quin haec sibi invicem nocent, vel abundantia unius alterius plenitudinem minuat. Ibi laetitia excessibus absorbiti sine intermissione Creatoris sui laudibus occupantur. Ibi amore inflammati semper sunt in admiratione, et gloriam suam non nisi in ea, quam ipsis Deus tribuit, ponentes, omnem suam gloriam in Dei gloria inveniunt. Bonum quo fruuntur, est ineffabile, ipsorumque possessio sine limitibus, nihil quietem aut pacem ipsorum turbat; suum objectum semper possidentes, semper aequali illud possidendi ardore flagrant; et sicut ipsorum ardor sine inquietudine est, ita etiam ipsorum possessio omni fastidio caret. In hac sancta regione nec nox diem, nec metus securitatem, nec calamitas felicitatem excipit; ibi Sol iustitiae diem, Dei verò praesentia illius immutabilitatem constituit; et possessio illius, quod illis, qui in ipso et per ipsum regnant, tribuit, ipsorum felicitatem semper aequalam et aeternam.

nam reddit. Omnis generis bona possident; sed quod ipsos, adhuc feliciores afficit, ea in sempiternum possident.

Animam in tempore et loco peregrinationis sua
Duae res consolantur, inquit S. Bernardus*. Quan-
tum ad posteritum ipsam memoria passionis Iesu Chris-
ti consolatur. Quantum ad futurum vita beata et
aeterna, quam ipsi hae passio merita^{est} ipsam laetitia
afficit. Utrumque objectum istud ipsi infinite gra-
tum videtur; utrumque ipsi pro refugio est adversus
exilii sui miserias. Ex uno agnoscit, quid pro ipsa to-
leratum fuerit; ex altero, quid aliquando pro ipsa fiat.
Ex uno, quid sperare possit; ex altero illum, à quo sper-
are debeat. Unum ipsi infinitas gratias, quas ipsi
Christus meritus est; alterum felicitatem aeternam,
ad quam vocatur, ratat.

Inde cum S. Paulino dici potest, quod jam per antici-
pationem in paradiso deambulet. Nam si volupe est agri-
cola futuram messem in segete contemplari, ipsiusque
ovili sola quartus, quem inde sperat, expectatione cum
gaudio parantur: quanto major esse debet anima illius
voluptas, cum scit, se semen spargere non in terram,
ujus fructus est incertus, sed in incommutabilem Dei
veritatem; cum cogitat sibi fidem esse obligatam non
hominis alicujus, qui et si fidelis foret, tamen non nisi
fluxa bona ipsi conferre valeret; sed illius, qui cum
aeternus ac infinitus potens sit, ei gloria aeternitatem
spondit. *At aeternitas! At aeternitas!* O quam intolerabile
est reprobatum diuturnitatis tuae pondus! Sed quam beata
et consolatorium praedestinatio! Reprobati infelicitas
ut ut magna sit, non tamen id, quod ea ipsa est, foret,
si semel finem habere deberet; et praedestinata felici-
tas, ut ut pretiosa sit, meliorem sui partem amit-
terat, si aliquando perdi deberet.

Cum hanc beatam aeternitatem nec cognoscere, nec
de ea, prout in se ipsa consideratur, loqui possimus, vult
tis ne, ut ad sublevandam quodammodo memoriam res-
tram, vobis illius figuram ex S. Scriptura depromptam adum-
bram? Throno Salomonis nihil unquam magnificentius

Paris, 2da

78.

* Saom. 62. in
Cant.

Animam tempore
et loco peregrinatio-
nis suae duae res
consolantur: de
praeterito memo-
ria passionis Chris-
ti; de futuro quod
se in sortem Sanc-
torum cogitat, et
confidit recipien-
dam. ps.

* Ep. 37. ad Rom.

79.

visum est, in eo omnia auro et ebore contexta erant, nec facile dignosci poterat, quid in eo majori admiratione dignum esset, an artis excellentia, an verò materiae illius pretium. ubi SS. Patres de eo sermonem faciunt, tum illud tanquam Sanctorum felicitatis figuram considerant: candor et splendor ebore, inquit, est gloria Beatorum symbolum; et aurum, quo ebur istud sublevatur, amorem nobis exhibet, qui gloria lumen comitatur. Duo leones, qui bina hujus throni latera stipant, sunt ex una parte visio intuitiva, ex altera verò amor beatificus. Quae manus, quae illud sustentant, sunt delectatio, quam Deus in Sanctis habet, et gaudium, quo hi in Deo foveantur.

Verum quod hic admodum singulare est, Summitas hujus throni in parte posteriori rotunda erat. Dantur figurae, quae omninò rotundae sunt, ut globus Solis; at dantur, quae similia tantum sui parte rotunda sunt, ut Luna. Haec bina figurae sunt imagines aeternitatis. Quae ex omni parte rotunda est, et cui nullum, quo incipiat, principium, et nullus, quo desinat, terminus, est imago aeternitatis Dei; haec nullum initium unquam habuit, nec unquam finem habebit. Quae secundum partem duntaxat rotunda est, imaginem refert aeternitatis Angelorum et hominum; Deus in tempora eos creavit, sed nunquam finem habebunt; et quia nunquam finem habituri sunt, hinc tota felicitas nostra in eo consistit, at ea ratione Deo jungamus, quò nunquam ab eo separari possimus.

80.

Ô caeli felicitas, quàm plena es! Ô terre felicitas, quàm vana es! Ô mi Deus, quantum bona tua mundi bonis adversantur! Ad haec bona possidendum Ô mi Deus! non sufficiunt creaturae; et quamvis infinitae essent, tam ea continere non valerant. Pro tuis bonis, Ô Munde! nimisquam multae sunt creaturae; et quamvis adhuc pauciores forent, tu tamen eas replere non valeras. Tuum gaudium Ô mi Deus! est torrens voluptatis, quò in tui ipsius raptu Beati inebriantur. Tuum gaudium Ô Munde! non nisi guttatim venit, non nisi aquae stilla est tam interrorans, quae statim ac fluere incipit, perditur et arescit.

Nobis ea promittis Ô mi Deus, haec bona, hos voluptates, gaudium istud: sed ad quantum tempus? Si hic in terris

Summitas throni rotunda erat in parte posteriori. 3. Reg. 10.

Principis aliquis reperiretur, qui suis Centurionibus et militibus tot bona, et tantam quietem in decapita ipsorum aetate tribuerat, quot pericula pro ipso subiit, et labores in sua iuventute toleravit, lingua ad laudandam Principis hujus magnificentiam non sufficerent. Si id ipsum ipsemet praestaret, o mi Deus! Si pro anni unius obsequio, etiam unius anni quietem et abundantiam daret, justus spes, et hoc proatis nemo non tibi servire deberet.

Verum progrediamur ulterius. Annus continet 366. dies; dies habet 24. horas, hora 60. minuta: Si Deus pro quolibet minuto obsequii sibi praestiti diem unum, pro quolibet die annum, pro quolibet anno saeculum in mercedem tribueret, non modo liberalis, verum etiam quodammodo beneficiorum suorum prodigus esset, ipsique magnificentia rationis modum transgredi videretur. Verum o infinita bonitas semper antiqua et semper nova! o bonitas incomprehensibilis! non modo anni unius obsequium senaginta aut octoginta annorum requie remunerat, verum diem, noctem, horam, minutum, momentum, unicum desiderium, unicamque bonam ipsi servienti voluntatem; exigua haec quiete semper duratura remunerat; illa, inquam, remunerat tota corporis quiete, et tota animae gloria, quae in eo consistit, ut eum intusatur, amet, possideat, non per mille annorum milia duntaxat, sed per totam aeternitatem.

Magne Deus, etri obsequiorum aeternitatem pro gloria aeternitate à nobis exagisses, inde nos etiamnum compendium fecissimus, cum te possidere, omnibus, quae tibi praebere valeamus, obsequiis praestet. Nihilominus sufficit tibi 70. 30. 40. 50. annorum obsequium, ut nobis mercedem sine fine retribuas: o quam copiosa est haec merces! et quam merito nos ad laetandum invitat: gaudete et exultate. Sed quod nos rubore suffundere debet, vix inter homines invenitur aliqui, qui hos paucos annos tuo obsequio impendant; vanitas, voluptas, morum perversitas, desideria, ipsaque eorum actionum et virtutum inordinabilium inutilitas ita tempus istud consumunt, ut tandem nihil pro te tuique gratia egisse se perspiciant.

81.

O peccator Serio tandem cogita, tibi munere tuo
 fungendum esse! Deus tibi in Sacramentis gratia-
 rum suarum thesauros aperuit; quomodo ad ea acci-
 dis? in oratione, quomodo eam perficis? in lectione
 piorum librorum, cum quali fructu eos legis? in pampar-
 tate, qua ratione eam toleras? in charitate, quomo-
 do eam exerces? in agnitivine; qua tibi in ea patien-
 tia? in sanitate qualiam illius usum facis!

Non nisi unicum est momentum Chari fratres mei,
momentaneum et leve: Si huius momenti spatio ex
 hoc thesauro haurias, habebis, quo per totam aeternita-
 tem in abundantia et gaudio vivas; Sed si per huius mo-
 menti intervallum ex thesauro isto haurire negligas,
 tum in sempiternum crudelis morte ipsa intolerabilioris
 vita dolores sustinabis. Quid ergo cogitas, quod ser-
 va huius vitam agas; anni flumunt, mors appropinquat,
 aeternitasque semper durabit.

Ah! gloria aeternitas, si te adeo gratam existime,
 cur tam fortiter terrae voluptatibus adhaeream? O glo-
 ria aeternitas! si, ut te possideam, vim mihi facien-
 dam esse credo, cur cupiditates meas non rapinam,
 rebellem carnem meam in servitutem non redigam,
 pravisque meis affectibus, quod patunt, non recusam!

Opifex tota die laborat, ut, unde vivere possit, ha-
 beat; cur ego non laborem, quo vitam semper beatam
 vivam? Centurio in exercitibus pro Regis alicujus, qui
 forte ipsum non novit, obsequio sanguinem suum fundit
 et tu, peccator, Regi Regum servire detrahas, qui te no-
 vit, te diligit, qui cognosci et diligi vult? O gloria aet-
 ernitas, te proba cognoscendam, ut probas amandam. Qui
 te possident, sunt antenati nostri: Qui de te disponit, est
 pater noster; huius filii; illorum fratres sumus: Ergo ha-
 rades unius, et alterorum cohaeredes esse debemus. O habi-
 tatio luminis, O habitatio amoris! Immitte & Ah! Deus
 cordibus nostris claritatem unius et scintillam altaris,
 ut huius in terris cognoscamus illum, quem aeternum in cae-
 lo possidere debemus.

Documenta Moralia

Sensa Patrum et Theologorum circa Sancto-
 rum felicitatem, huius et alterius vite bona.

I.

82.

Quod Deus ex sua natura est, id sunt Beati ex gloria ipsius participatione. Deus existit, se ipsum novit, se ipsum diligit. In his tribus iuxta nostrum concipiendi modum, consistit ipsius felicitas. Deus est primum Ens, Supremum Ens, omnium Entium universalis causa, Ego sum qui sum; adeoque omnes perfectiones, et omnia, quae cogitari possunt, bona possidet. Verum sicut, ut quis beatus sit, non sufficit, quod habeat magnas divitias, sed oportet, ut cognoscat id, quod possidet, ita etiam quantum ad felicitatem, nascere est, ut non modo eam possideat, sed insuper illius commoda cognoscat: inde est, quod Sol beatus nunquam non possit, ut ut totus luce resplendat, quia se ipsum non novit. At Deus summam habet felicitatem, ipse, qui est Ens summè perfectum, ipse, qui suarum perfectionum infinitam habet notitiam, ipse, qui se ipsum cognoscit, et sine intermissione intuetur; et qui se ipsum cognoscendo et intuetur Verbum suum gignit, sicut Pater et Verbum se intuetur et amando in unitate principii Sanctum producent Spiritum.

At iuxta S. Augustinum in his tribus rebus per quamdam proportionem consistit beatitudo Sanctorum et alterius vite felicitas, in eo, quod participant Entis, cognitionis et amoris Dei perfectionem: In aeternitate Dei vigent, in veritate Dei lucent, in charitate Dei ardent. Desiderantes sui ipsorum esse, ut toti in Deo et Dei sint, ipsius lumine illustrantur, et ipsius charitate accenduntur. Sic Ens Dei ipsorum entis perfectionem constituit; veritas Dei est cognitionis ipsorum perfectio; et amor Dei amoris ipsorum est perfectio. Sunt, cognoscunt, amant.

II.

Nimis honorificè de creaturis loquimur, cum dicimus, quod sint, atque sic ipsis entis nomen tribuimus, quod soli Creatori convenit, inquit S. Augustinus. Et profectò magis de non ente, quam de ente tenent, quia in homine quatuor nichil deprehendi possunt; primum respectu creaturarum; secundum respectu locorum; tertium respectu temporum; et quartum respectu sui ipsius. Nihilum hominis respectu crea-

83.

turarum: Sol, qui ipsum illustrat, terra, quae ipsum sustinet,
 aër qui ipsum refrigerat, cibi qui ipsum nutriunt, flores qui
 vinum et odoratum ejus recreant, nihil horum ipse est, haec om-
 nia sunt pro ipso non entis species. Nihilum hominis respectu
 loci: praeter exiguum, quod occupat, spatium, caetera omnia ter-
 ra loca sunt pro ipso nihila. Ut ut potentes Reges sint, tamen
 si sive velint, quidnam in suis Statibus et provinciis agatur,
 oportet, ut Ministrorum suorum augeant numerum, nec enim
 se ipsos multiplicare possunt. Nihilum hominis temporis:
 non nisi solum praesens tempus possidet, momentum illud, quod
 etianam citius effluit, quam dicatur. Itaque, quod nume-
 ret quot dies, hebdomades, menses, annos impleverit, haec pro
 ipso tot sunt nihila. Ne dicat, mihi sunt 30.40.50. anni, quin
 è contrario dicat, omnes hi anni pro me pertransierunt.
 Nihilum hominis respectu sui ipsius: non est nisi va-
ritas, inquit Sapiens; velut umbra, imago, phantasma
transit; In imagine pertransit homo. Itaque immobi-
 cus adulator est, inquit S. Augustinus, qui Entis nomen
 homini quatuor nihilis Subjecto tribuit.

III.

84.

Verum quod de mortalibus hominibus affamus, id de
 Beatis, qui in caelo sunt, dicere haud possumus. Hi Deum
 possidentes, omnem Entis extensionem et perfectionem
 possident: extensionem et perfectionem Entis respectu
 creaturarum, locorum, temporum, et sui ipsorum.

Respectu creaturarum possident quidquid excellentius
 ipsae habent. Delectat Regum Majestas, et Monacharum
 potestas? Si vobis eorum intrandi fortuna fuerit, cum Reges
 aritis: Dominabuntur populis. Placeat Judicium et Ma-
 gistratum dignitas? Cum super tribunalia sedebitis,
 ut duodecim Tribus Israël judicetis: Sedebitis super sedes
duodecim, judicantes duodecim Tribus Israël. Socie-
 tates diligitis? Mille milia Angelorum et Beatorum
 aderunt socii. Divitias amatis?

Respectu locorum: Deum possidentes, ipsius immensi-
 tatem participant, non equidem eo sensu, ut hinc ille,
 ubique sint praesentes, sed eo, quod ea omnia, quae in
 mundo peraguntur, in Verbo videant, atque ipsorum
 potentia ad remotissima usque mundi extrema exten-
 tur.

Respectu temporis: Suam felicitatem non per

quodam annos possident. Duntaxat, sed per totam aeternitatem. Nihil est, quod hanc aeternitatem finiat, ibi omnes temporum differentia in presenti colliguntur, ita ut Sancti, qui sunt in caelo, re ipsa et actu omni gloria et omnibus voluptatibus in aeternum fruuntur.

Respectu sui ipsorum: Sunt tanquam perditae, submersae, absorptae in Ente Divino. Est aqua gutta, quae in isto voluptatum et gloriae oceano perdit: Sunt in illum, quem vident et possident, toti transformati; tuncque adimpletur oratio Christi ad Patrem suum, cum de suis loquens, dicebat ad illum: oro te ut sint unum, sicut tu et ego unum sumus. Non est nisi unus Deus, una vita, unum esse, una natura: attamen sunt tres personae distinctae. Sancti cum quadam proportionem sunt etiam diversa personae; attamen non nisi ~~omnes~~ unum corpus constituunt, cuius Christus caput est; et sicut unum corpus non nisi uno spiritu animatur, et non nisi unam vitam habet, ita etiam, quia Christus et Sancti non nisi unum corpus efficiunt, non nisi eundem spiritum et eandem vitam habent.

IV.

Quod Dei felicitatem constituit, id et Sanctorum felicitatem efficit. Sicut Deus se ipsum, creaturas suas, cognoscit, et haec illum, ita etiam Sancti his tribus cognitionibus sunt praediti. Verum, se ipsos cognoscunt, et ab aliis cognoscuntur. Id Theologi cognitionem directam, reflexam, et objectivam nuncupant. Hic in terris non nisi modo imperfectissimo Deum, nos ipsos cognoscimus, atque ab aliis cognoscimur; hinc felicitatis nostrae imperfectio. Non nisi in caelo plenè saturabimur et felices erimus.

Brachiarum huius veritatis figuram habemus in persona Sponsae Cantuorum. Inquieta, quod dilectum suum non videat, ubique eum perquirit. Urbis custodes ipsam apprehendunt, rogat eos, ut ipsam dimittant; at hi illam retinent, et cum ea eorum manibus alibi conatur, eam vulnerant. Tandem tantos conatus adhibet, ut se illis expediat, ac dilectum suum invariatur, cuius prostantia, quae infinito gaudio illam afficit, nihil ultra desiderandum ipsi relinquit.

Quanam est haec Sponsa? Est Anima christiana, quae nihil ardentius desiderat, quam Dei possessionem; ipsi

tamen obviam fiunt custodes, qui illam apprehendant, sensus intelligo, qui si mille varia objecta ad ipsam occupandam, non verò satiandam idonea exhibent. Haec, inquit ipsa ad illos, non quæro; omnia, quæ mihi proponitis, nihil sunt in comparatione Dilacti mei; hos fluxas felicitates non appeto: id duntaxat quæro, quod nec oculus vidit, nec auris audivit, nec ⁱⁿ cor hominis in hac vita attingit. Sensus hi non modò ipsam apprehendunt, sed etiam vulnerant; Enimverò quantis plagis, se corruptione corporis, cupiditatum violentiâ, nugarum et ineptiarum fascinations onerata sentit? Sed tandem ubi his vinculis expedita et à carcere corporis liberata est, tum vadit, currit, volat cum impetu in sinum Dei sui, et ibi cum plenâ, et se ipsam cognoscens, clamat præ gaudio: Videò Dilactum meum, tenes eum, et nunquam dimittam.

V.

86.
* Lib. De anima

Quamvis corpus sit templum Spiritus Sancti; est nihilominus anima carcer, inquit Tertullianus*, et sicut in obscuro carcere non nisi adverso lumine et valut furtim immixtis radiis quis videt; ita etiam quamvis nostra anima est in corpore nostro, Deum et se ipsam non nisi modo imperfectissimo cognoscit; et non nisi cum ex hoc carcere egreditur, erumpit in apertam, et meram, et puram, et suam lucem. Tum comparans statum præteritum ad præsentem, agnoscit, quantis tenebris involuta fuerat, et quantarum veritatum intelligentiam recipiat. Tum unitas Dei et Personarum Trinitas, prædestinatio et reprobatio hominum, conjunctio misericordie Divine cum justitia, et libertatis humane cum omnipotentia gratia, mysteria in hac vita incognita ipsi plenâ patefiunt. Tum se ipsam cognoscit, felicitatem suam videt; tum sentit, gustat, et, prout S. Augustinus loquitur, ipsamat veritate paritur: felix regio ubertatis, ubi Israël paritur pabulo veritatis.

VI.

87.

Beati amant Deum amore infinito, amore continuo, amore aeterno: Ardent igne Deo, ipsorum ignis est ignis Dei; et sicut ille, quem vidit Moyses, rubrum comburebat, quin consumeret, ita charitas Divina semper ipsos conservat flammis suis eos penetrando. Deus ipsis intimè unitus est. In visione beatifica nulla spaciè intellectus aut alia qualitates inter Deum et ani-

nam beatam videntur, quod loquuntur Theologi.
Equidem verum est, quod lumen gloria ipsam suam
tollat et corroborat; sed et non minus verum est, quod
lumen istud non sit medium huius unionis, cum essen-
tia divina animam hanc penetret, in ipsam influat,
se illi applicet, et, si ita loqui fas est, ipsi conglutina-
tur, Spiritus Spiritui, cor cordi, essentia essentia sine
ulius creaturae interpositum.

VII.

88.

Felicitas Sanctorum est tam admirabile bonum,
ut nemo de ea satis loqui possit, ut percipiatur; bonum
adeo magnum et pretiosum, ut nemo sufficienter opa-
rari possit, quod illum mereatur. Oportet, ut de eo il-
loquamur, quod de Deo predicamus: illum in se ipso
cognoscere haud valemus, et dum illum talem, qualis
est, nobis exhibemus, ipsum non cognoscimus, nisi di-
cendo id, quod non est. Est bonus, sapiens, potens, sed non
ea bonitate, sapientia et potentia, quam nobis figura-
mus; enimvero omnes haec perfectiones infinita nostras
ideas at imbecilem ingenii nostri captum separant.

Idem de beatitudine dicendum est: quidquid de ea
predicemus, nunquam tamen eam mente complecti possumus;
quod magis eam latere conamur, eo magis no-
bis incognita remanet. Est thesauro similis, inquit
Iesus Christus, sed thesauro abscondito, simila est re-
gnum coelorum thesauro abscondito. Est Manna, inquit
Joannes; sed Manna absconditum, Manna absconditum.
Est abundantia dulcedinis, ait Regius Propheta; sed sunt
dulcedinas abscondita, multitudo dulcedinis, quam abscon-
disti. Est plenitudo latitiae, inquit S. Petrus; sed est lati-
tia, quae nec sentiri nec explicari potest; exultabitis lati-
tia inenarrabili. Ad quamnam igitur inauditam ne-
cessitatem sumus redacti, ait S. Augustinus. Quale bonum
quis dicit? ecce non possumus dicere, et non permittitur
tacere. Nunquam possumus dicere quid sit hominis bo-
num, et tacere nobis non licet, illud cogitatione apre-
qui non valemus, et tamen de eo loqui tenemur. Quid
ergo faciemus? Quid faciemus nec loquentes nec ta-
centes?

VIII.

Sufficiat nobis dixisse id, quod Deus vult ut propheta nomine suo homini, justo indicat: Dicite justo, quoniam bene erit. Cum Principes aliquid jubant, unicum verbum sufficit, bene eris, esse verbum unicum bene; sed hoc verbum omnia, quae dici possunt, continet, nihil ipsi deest.

Sancti in vobis perfecti bene sunt, quaecumque desiderare possunt, habent, nihil ipsis deest. Ut ut divitiis in hoc mundo affluas, ut ut voluptate afficiaris, tibi dici non potest bene, quod bene sis; vix unquam es contentus, et cum te aliis, qui te ditiores sunt, comparas, tum proteream illorum felicitatem ipsis invidas. Spesciosa tibi mundus promittit per honores et voluptates, quibus tibi addenditur; sed haec omnia sunt panes mendacii, inquit S. Scriptura, qui nunquam dant quod proponunt. Hi aequi canales cor istud replere haud valent, quia omnes simul et semel in illud non intrant. Chorea, lusus, convivia sunt multa oblectamenta, quae simul et semel capi non possunt, et quemadmodum est, ut haec omnia simul conjungantur, ita etiam est impossibile, ut tibi satisficiant.

IX.

89.

* Sicut somniat homini, qui in vehementis febris ardore semper bibere desiderans et bibit, derat, quin tamen sitim extinguere possit; et modo alii at postquam fuerit exsurgens qui in grato somno sibi imaginatur, quod bibat, et aperge factus, lapsus adhuc sitit, et jam voluptatem cogitat: adhuc sitit. Haec nobilis foemina, quae in choreis et lusu noctem transigit, sentit sibi caput gravatum, et fatigata somnum capit: at vix exsurgitur, et jam voluptatem cogitat: adhuc sitit. Hic vir, cui amplificanda apud principem fortuna spes est, quantos non exantlat labores? O quantis pavoribus et insomniis ipsi stat dignitas, quam ambit! at cum eam obtinuit, tum lapsus adhuc sitit, nondum est contentus, sed adhuc altiore appetit. Modo egestatis suae, modo natalium suorum obnubilati, modo intemperantia et fastidio suo remedia quaerit; et quia nullum datur remedium, quod sumantem non cruciet, medicamenta, tormenta, inquit S. Augustinus. Inde haec omnia bona sunt respectu ipsius tot inquietudinum et molestiarum fontes.

X.

90.

Vix in omnibus
vanitatem et
afflictionem

At non sic de bonis alterius vites. In hujus vitae bonis nihil nisi vanitas, afflictio spiritus, fragilitas et inconstantia: In his vero omnia sunt realia, omnia consolatione plena, omnia

eterna; adeoque homini justo ea possidenti vera diu po-
test, quod ipsi bene sit. Beate justo quoniam bene. Bene
quantum ad praeteritum; bene quantum ad praesens; bene
quantum ad futurum.

Sancti sunt semper satiiati, et semper avidi, ipsorum satis-
tas est sine fastidio, sicut ipsorum aviditas sine inquietudi-
ne; Deum vident et semper videre desiderant. Ipsum possi-
dent et expetunt. Intrant in ipsius gaudium, in illud se im-
mergunt et agunt precipites. Haec secum reputare magna
equidem est animi suavitas et consolatio, ait S. Augustinus,
sed tamen quae rem ipsam nodum attingit. Nihil in men-
tam intrat, nisi per meos sensus, sed quod sensus meos afficit,
unde crispinque est, et quamvis in mente spiritualis fiat, id
non obest, quin, quod cogito, materiale sit; at contra quod
spero, spirituale est. Civitas Dei mai spaciore de te praedican-
tur, sed infinita adhuc pulchrior es; magna bona contines,
sed de iis loqui, quin intelligi possint, sufficere debet.

XI.

Neque etiam, quod quis ea mereatur, satis dora potest: Age
quidquid placuerit, omnes vitae commoditates abice, quod
tibi charissimum est relinque, et quod abjectissimum et labo-
rissimum amplectere, quod molestissimum est et asperri-
mum tolera, haec omnia, inquit S. Bernardus, nihil sunt in
comparatione praeteritorum peccatorum tuorum, quae Dei
misericordia tibi indulget; nihil in comparatione praesenti-
um gratiarum, quas ipsius benignitas tibi concedit, nihil in
comparatione gloriae aeternae, quam ipsius magnificentia
tibi promittit. Quod ipsi das parum est, quod tibi promittit
magnum est; quod ipsi das termino circumscriptum est, quod
tibi promittit infinitum; quod ipsi das fluxum est et mo-
mentaneum, quod tibi promittit fixum est et aeternum.

XII.

felicitas, quae Sancti fruuntur, caro ipsis statit; hi Divissi-
mis praecipitis se subiectores; isti acerbissima consilia amplexi
sunt; alii martyrio mortem violentissimam et crudelissimam
quasi vivere, et omnes se nihil agere arbitrati sunt, quod beati-
tudini, quae ipsis promittebatur, aequiparari posset.

Primi se beatos reddiderunt, quia corda sua à divitiis abstraxerunt,
omnis generis voluptates abiecerunt, pacem dilexerunt omni-
que ab eis conciliaverunt.....

Secundi, quia Deo praceptorum ipsius explanatione placu-

animi, at nihil
permanere sub
sole. Eulas. 2.

91.

re haud contenti, insuper ei adulari voluerunt consiliorum
 ipsius exercitio, inquit S. Augustinus. Semper vigilare, sem-
 per orare, semper plorare, semper mereri, semper carnem su-
 am in servitutem redigere; haec vita fuit calabrum Anachoro-
 tarum illorum, qui tam insolita vita rationem poscentibus
 respondebant: Vos nescitis quidquam; quid sunt in compara-
 tione aeternae felicitatis? Equam beati speramus! Si post octo-
 ginta solitudinis et mortificationis annos Deus paradysum
 suum nobis conferret: Vile est quod datur, si tam grande sper-
ratur pro eo quod datur.

Tertii sunt Martyres, qui honorem, vitam, sanguinem
 suum dederunt, ut Jesu Christi regnum amarent. Postquam
 in poenitentia albusunt, ac velut bruta in sylvis vixerunt,
 in foralibus pegmatum mortem subierunt. Dixisset eos ad tor-
 menta insensibiles fuisse, nam non mente ipsorum jam per
 antecognitionem in caelo collocata, corpora huius in mundo ni-
 hil passa fuisse. Ipsius membra diffringebantur; in aequi-
 lis et crucibus extendebantur; vivi excoriabantur; in
 sacri corum Baptismi Ierisionem ferventis olei solis im-
 mergebantur; in craticulis igne succensivi vivi torrebantur,
 et medii inter haec tormenta Deum benedicabant,
 ipsique gratias rependebant, quod ipsos dignos censuerit
 pro ipso pati.

XIII.

Vulnera sua non sentiebant, ait S. Bernardus, cum
 Jesu Christi vulnera contemplantur; tantum absque
 ut de immanitate suorum Tyrannorum quererentur,
 quin potius ipsis gratias agebant, quod coronam et pre-
 mium suum acceperant. *Stat Martyr Tripudians
 * S. Bernardus
 Serm. 6. in Can-
 tica.
 et triumphans toto licet lacero corpore, et rimante lata-
 ra ferro, non modo fortiter et alacriter saevum à carne
 sua circumspicit abuldis crucem. Ubi ergo tunc ani-
 ma Martyris? in tuto, in petra, in visceribus Jesu. Si in
 suis esset visceribus, scintans eo ferrum profecto sentiret,
 dolorem non ferret, succumberet et negaret. Nunc au-
 tem in petra habitans, quid mirum, si in petra modum du-
 recit? Neque hoc mirum, si exul à corpore dolores
 non sentiat corporis. Neque hoc facit stupor, sed amor.
 Submittitur enim sensus, non anihilatur. Nec deest dolor,
 sed superatur et contemnitur.

XIV.

93.

Nos ignavi, an ita sumus affecti? Quid agimus ad promerendam hanc felicitatem, quae omne meritum superat? Et contrarios, quid non agimus, ut ab ea procul recedamus? Quid mundus, cui tam cosca et assidua fidelitate servimus, nobis promittit? caducas et flenas satisfactiones. Quid Jesus Christus nobis promittit? voluptates aeternas. Quid nobis dat caro? corruptionem et miseriam. Quid Jesus Christus? gloriosam immortalitatem.

Vili pastori, qui adversus communem patriam hostem pugnaturus arma sumserat, in praemium filia Regis promittitur, statimque pro gaudio gesticens exclamat; Quis sum ego, et quae mea familia, ut fiam gener Regis? Deus nobis promittit, quod ipsius filii et haeredes simus futuri, si pro ipsius gloria dimicaverimus. Qui sumus nos, dicere debemus, ut ad talem felicitatem aspiramus?

XV.

* Vita aeterna, quam Jesus Christus tibi preparat, si qua utique est, quae his omnibus proliis et adhuc majoribus ematur. Veniet pax in die una, quae nota est Domino: non enim erit nox vel dies hujus scilicet temporis, sed lux perpetua, claritas infinita, pax firma, et requies secura. Non dicis tunc: quis me liberabit de corpore mortis hujus? Nunc clamabis: Huius mibi, quia inelatus meus prolongatus est; quoniam praecipitabitur mors, et salus erit indefectiva, anxietas nulla, jucunditas beata, societas dulcis et decorata. O si vidisses in caelo hanc Sanctorum aeternam felicitatem, quantam nunc exultant gloria, qui huic mundo olim contemptibiles, et quasi vitam ipsam indigni putabantur, profecto te statim humiliaves usque ad terram, et affectares potius omnibus subesse, quam praesepse uni: nec hujus vitae latos conpisceres dies, sed magis pro Deo tribulari gauderes, et pro nihilo inter homines computari maximum lucrum duceres.

* De Jmit. Chr. c. 3. c. 47. 94.

XVI.

O superna civitatis munus beatissima! O dies aeternitatis clarissima, quam non obstruat, sed summa veritas semper irradiat, dies semper laeta, semper secura, at nunquam statum mutans in contraria! O utinam dies illa illuxisset, et cuncta haec temporalia finem accepissent! licet quidam Sanctis perpetua claritate splendida, sed non nisi

* Ibid. c. 48. 95.

» à longâ et per speculum peregrinantibus in terra. Norunt
 » coelestis hujus Jerusalem civitas, quàm gaudiosa sit illa,
 » gemunt exules filii Eva, quòd amara et tardiosa sit ista.
 » Dies hujus temporis parvi et mali, pleni doloribus et angus-
 » tis: ubi homo peccatis multis inquinatur, multis passio-
 » nibus irratitur, multis timoribus stringitur, multis cu-
 » ris distanditur, multis curiositatibus distrahitur, mul-
 » tis vanitatibus implicatur, multis erroribus circumfun-
 » ditur, multis laboribus attritur, tentationibus gravatur,
 » deliciis enervatur, egestate et miseria cruciatur.
 » Ô quando finis horum multorum laborum! quando li-
 » berabor à misera servitute vitiorum! quando memora-
 » bor Domine tui solius? quando ad plenum latabor in te?
 » quando ero sine omni impedimento in vera libertate,
 » sine omni gravamine mentis et corporis? Jam bene, quan-
 » do stabo ad videndum te? quando contemplabor gloriam
 » Regni tui? quando eris mihi omnia in omnibus? Ô quan-
 » do ero tecum in Regno tuo, quòd parasti dilectis tuis ab
 » aeterno? Consolare exilium meum, mitiga dolorem me-
 » um. Onus totum mihi est, quidquid mundus hic offert
 » ad solatium. Opto quidem inhaerere coelestibus, sed
 » deprimunt nos temporales et immortificatae passiones.
 » Ô quid intus patior, dum mente coelestia tracto, et mox
 » carnalium turba occurrit oranti! Succurre ergo mihi
 » aeterna veritas, ut nulla me moveat vanitas; Descen-
 » dit in cor meum voluptates coelestes, ut omnis immu-
 » ditia voluptatum humanarum coram vobis evanescat.

XVII.

* Omnes in virtute proficientes ingemunt, quòd à coeles-
 ti civitate adhuc remoti sint; viam, quam in isto pere-
 grinationis sua loco eos tenere oportet, norunt, in ea cum
 humili fiducia ambulant, et ex vehementi desiderio ad
 hanc firmam et immutabilem terram semel pervenien-
 di, jam spai sua anchoram praefigunt.

XVIII.

96.

Solemus communiter nobis duas felicitates proponere,
 quas ab invicem separare volumus, terra scilicet et caeli feli-
 citates; hanc optamus, illâ frui volumus; haec semulct,
 magis varò illa; haec, qui bona aeterna continent, quamvis
 futura; illa quia bona praesentia respicit, quamvis flu-
 xa. Sed comparemus felicitatem felicitati, beatitudinem
 beatitudini, Paradiisum Paradiiso. Hinc caeli gloria, fe-

* S. Aug. in
 Psal. 41.

licitas Sanctorum, visio Dei, in Paradisus perfectorum.
 Illinc vita commoda, otiosa, tranquilla, calamitatibus et
 arumnis exenta lenocinia, sive voluptuosorum Para-
 disus. Nunc, binos hos paradisos comparamus ad invicem, et
 ut probe de utrisque iudicium ferre valeamus, duo nobis
 sunt à Christo addiscenda; primum, quòd sola coelestium
 bonorum spes plus valeat, quàm mundanorum bonorum pos-
 sessio: Secundum, quòd bonorum mundanorum amor non
 sit recta via ad coelestium possessionem. Caeli beatitudi-
 nam sperare est quid excellentius, quàm terra felicitate-
 tem possidere, huiusque possessio est alterius exclusio.

XIX.

Quàm est in hoc, non jam dicam seculi exitu, sed " 97.
 " vel in hoc rerum ejus defectu, hominum miseranda "
 " conditio, qui sibi nec futurorum spem gaudiorum repo- "
 " nunt, nec jucunditate presentium fruuntur. Volupta- "
 " tam vita brevioris non capiunt, perpetua sperare non "
 " possunt; bonis temporalibus non utuntur, non utuntur "
 " aternis; hic rei parum, illic spai nihil..... praesertim "
 " cum ita dilacerata praesentis temporis res sit, ut qui uni- "
 " us futuri saeculi commodum perdit, utriusque perdit. "
 " vit. S. Iulianus Epist. ad Valerian. "

XX.

Si fictitiu praemii spes difficillimas res efficit suavas et 98.
 faciles, si eà athletae ad vulnora indurantur, et agricola-
 rum tempestatum inelamentiam liberà perferunt; si milites
 et navarchus sine ullo murmure se omnibus belli et maris
 molestiis horrendisque arumnis exponunt: quanto ma-
 gis coelum, quod nobis promittitur, et ineffabilia, quae
 continet, bona nos ad vitæ hujus calamitates nos insensi-
 biles efficere debent? Ne ergo vos deterreant difficulta-
 tes, quas in via virtutis offenditis, unicum, ad quem vos du-
 cit, terminum solummodo considerate. Si vitiorum semi-
 ta suavis et plana videatur, ne fidatis, sed inevitabile,
 ad quos Satatores suos rapit, praecipitium respicite, in-
 quit S. Chrysostomus Rom. 24. in Matth.

XXI.

Quàm graviter et vehementer metus chare licenti, 99.
 Scribit S. Augustinus ad Licentium Epist. 26. alias 39: / ne, quia
 eorum, iugo sapientia submittere detrahas, te tandem

Saevi molantius adeo implicitum invenias, ut inde clari amplius haud possis? Equidem statim initio tibi quaedam servitutis spem imponet, certisque et ad tei ipsius conditionem et institutionem aptis laboribus te adstringat; at postmodum se ipsam tibi donans, in integra et perfecta libertate te constituet; haec fluxa vincula cadent, solisque aeternis suis amplexibus te constringat. Serio igitur perpende horum vinculorum dinomen. Prioribus inest quaedam gravitas; at posteriora adeo levia sunt, ut gravia minima dici possint, quamvis alia tam fortia sint, ut neque etiam levia dici queant. Quid ergo sunt? Id verbis nostris exprimere non valeamus, sed id, quod de iis novimus, sufficit ad nutriendam fidem nostram, spem nostram, charitatem nostram animandam et roborandam.

Non sic de vinculis, qua mundo nos ~~inquit~~ astringunt, censendum est. Nil magis obruit et opprimit, quam ipsorum gravitas, nihil magis aggravat, quam ipsorum levitas, dolores, quem incutiunt, nihil certius, et contra voluptate, cuius spem faciunt, nihil incertius, labore, qui in iis toleratur, nihil acerbius, et quiete, qua in iis capiuntur, nihil fragilius; denique miseria, qua in iis suffertur, et felicitate, quam in iis quis sibi promittit, nihil fictius.

Attamen his catenis te oneras, quando dignitates at saevi voluptates diligis, atque quod ad eas pertingas, tum laborem tuum optime collocatum arbitraris, ubi eandem obtinearis. Ergo nunquam Christo Jemu auras praebabis, qui tibi tuique similibus dicit: Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos? jugum enim meum suave est, et onus meum leve.

Quod si haec verba non audis, vel si aures tuas non ferunt; quid aliud agere possum, nisi ut gemam et lugeam, quod Dominus tibi inutiliter praecipiat, vel potius te frustra adhortetur at roget, ut ad ipsum venias, quo te soletur, atque a laboribus raveset? Fortè collo tuo adeo inflexibili et elato suavis est mundi, quam Jemu Christi jugum: at quamvis istud aequè laboriosum esset ac suave; an sufficienter perpendis, quoniam ille sit, qui tibi illud imponit, et quamnam, si illud portaveris, tibi mercedem promittat?

Cur potius adulanti voluptatum, quae te demulcent, murmuri aures praebes, quam ad te loquentis voci? Haec om-

nia te decipiunt chare licenti, sola veritas non fallit, solus-
 que Iesus Christus veritas est. Equid igitur vult Diabolus,
 ut ipsi sis cultui et ornamento? Si calicem aureum in terra
 invenires, nonne illud Ecclesia donares? A Deo mentem
 totam auream accepisti, et illam voluptati servire facis,
 velut vas ex ea efficit, in quo te ipsum Demoni offers. Vade
 ad Jesum, ne amplius laboribus, qui te angunt, sis expositus,
 fictitium bonum non ultra ambias, sed non nisi verum
 expete.

XXII.

Omnes ad solum beatitudinis nomen arvigilant,
 ait S. Augustinus*: nemo non eam diligit, atque cum se
 ea sermo fit, summe delectatur. Magnus est, qui potentar
 corda nostra ad se trahit. Illius, quod habemus, desile-
 rium non acquirimus vivendo, sed nobiscum nascitur.
 Illius ideam nec studio, nec speculatione nobis afformamus,
 sed est cordibus nostris inscripta et alte insculpta. Etsi ne-
 mo beatitudinem de facie ad faciem, ut ita dicam, vide-
 rit, omnes tamen ipsius pulchritudine, summe delectan-
 tur; quamvis nemo suat, in quibusdam fortunatis insulis se-
 dem habeat, tamen omnes eam quaerunt, velut summum
 bonum, atque continuis torquentur inquietudinibus,
 donec eam invenerint. Hic septro manum admovat, alter
 remo, iste calamo, ille aratro, hic gladio, iste malleo: at
 omnibus aequalis ad quaerendam felicitatem mens est, et quo
 vehementius ad eam propendant, eo solertius mediis incum-
 bunt, quae ad eam adipiscendam apta reputant, ita ut, quid-
 quid sive boni sive mali agunt, in id duntaxat dirigatur,
 ut nempe miseriam a se ipsis removeant, bonoque, quod
 desiderant, fruantur. Equidem certum est, quod pleri-
 que illorum ignorant, in quo verum hoc bonum, quod ipsos
 felices afficit potest, consistat; et quia ex duabus partibus
 constamus, quarum una rationalis, altera vero animalis
 est, necnon facilius huic, quam illi satisfieri potest, hinc
 evenit, ut bona et voluptates hujus vitae nos vehementius
 at fortius afficiant, quam aeterna. Attamen, quid simi-
 le habet, id, quod minus et deterius est quam nosmetipsi,
 nobis felicitatem conferre valeat? Quid, inquam, simile ha-
 bet, bonis, quae deteriora sunt, quam nos ipsi, expleri ani-
 mum nostrum posse? Tu solus o Deus cordis mei in sempiter-
 num vera pars mea es. Part mea Deus in aeternum. Tu solus
 universale bonum, bonum stabile et permanens, quod, nisi

100.

* Exposit. in Ps. 32.

Omnia ita dico
na, sed cum suis
nominibus con-
tum bonum, ho-
norum bonum;
ad Deum autem
cum me refert,
puto melius ni-
hil dici quam
bonum.

101.

consentiamus, à nobis aufari non potest; verbo, tu solus
es id, quod bonum appellatur. Erimvero prout ingeniose ad-
vertit S. Augustinus, multum dissimili ratione loquimur de
bono, quod in Deo est, et de illo, quod in creaturis reparitur; Sic
dicimus bonum alimentum, bonam vestem; hæc suis nomi-
nibus vocamus: at cum de Deo loquimur, pure, simpliciter
et sine addito dicimus, quod bonum sit.

XXIII.

In celo vera pace fruemur, nec ad intra nec ad extra ul-
lam contradictionem patiemur. Qui dedit virtutem, ipsam
illius erit premium, etsi nihil tam magnum ac perfectum
sit, ac ipsa. Et verò quid aliud nobis indicare voluit, quando
per suum Prophetam dixit: Ego ero ipsorum Deus, et ipsi popu-
lus meus erunt? Quasi dixisset: Ero plenitudo boni illius,
quo cumulabuntur, ero ipsis per excellentiam omne id,
quod merito desiderare possunt, ipsorum vita, salus, nutrimen-
tum, abundantia, gloria, honor et pax. Denique ero ipsis per
facta omnia bona, terminus et expletio omnium horum Dei
Deorum. Sine fine me intuebuntur, sine fastidio diligunt,
sine tædio me laudabunt.

XXIV.

Idne credidissimus, nisi S. Augustinus dixisset,
nullum esse in toto terrarum orbe hominem, qui humanam
vitam diligit? Videte tamen, quo fundamento hæc propo-
sitionem stabiliat. Cum vita sit fundamentum omnium bo-
norum, quæ sine ipsa forent inutilia, inde omnes homi-
nes illam diligunt; sed est duplex vita, præsens nem-
pe et futura. Priori fruimur super terram, alteram in
celo expectamus. At hæc bina vitæ duobus diversis carac-
teribus sunt insignita. Caracteres vitæ præsentis sunt mi-
seria et brevitæ; in ea patimur et morimur. Quæ cum ita
sint, O vos mundani, qui videmini præsentis vitæ addictissi-
mi, an hujus vitæ miseriam diligitis? non utique; sed
illam felicem esse cupitis: an illius brevitatem diligi-
tis? non; vultis ut ipsa diuturnior esset, æternam cupi-
tis. Ergo vitam miseram et brevem non amatis; verum
illam diuturnam diligitis, quæ felix est et æterna. Ergo
vitam præsentem, qualis se ipsa est, non diligitis, eò quod in
ea moriendum sit et patiendum: Omnia desideria vestra
ad vitam illam tendunt quæ diuturna atque felix
sit.

At quod si haec ita sint, unde ergo provenit, dicatis, quod S. Scriptura tot locis eos redarguat, qui vitam praesentem diligunt? Ideo qui peccant, non quia hanc vitam desiderant, sed quia eam temporibus et locis, quibus inveniri potest, possidere volunt. Ipsorum finis bonus est, sed media, quae adhibent, sunt iniqua: cum enim beatam hanc vitam in viis justitiae et virtutis quaerere deberent, ad eam pervenire satagunt per vias injustitiae et peccati.

Supplementum.

Quoniam Tractatus et praecipua S. Patrum testimonia de Sanctorum felicitate multis jam nota sunt, hinc nobis sufficit, illa in hoc Supplemento annotasse, quae minus notata, pluresque ideas et conceptus subministrare videntur circa materiam, cujus incomprehensibilis magnitudo, si propria loqui valimus, explicari nullatenus potest.

Haec de illa loquitur quidam à Veteribus: "Ibi sunt om- 103.
 nes divitiae, omnis requies, et omne solatium: Quid
 enim ibi deesse potest, ubi Deus est, cui nihil deest?
 Omnes ibi cognoscunt Deum sine errore, vident sine fine,
 laudant sine fatigatione, et amant sine fastidio, et
 in hac dilectione requiescunt pleni Deo, et adherentes
 semper beatitudini sunt beati per."

S. Basilii hunc Psalmi 114. locum exponens: Convertere 104.
anima mea in requiem tuam, quia Dominus tui misertus
est, eripuit animam tuam de morte, oculos tuos à lacrymis,
pedes tuos à lapsu. Hunc textum adhibet, ut vita futura
 commoda exprimat intuitu periculorum et miseriorum vi-
 ta praesentis. Hic, inquit, dolores mortis nos obsident; ibi
 anima nostra ab illius formidine liberatur. Hic nostra
 miseriae sive spirituales, sive temporales lacrymas ab oculis
 nostris eliciunt; ibi Deus omnes lacrymas nostras abstergit.
 Hic lapsum timere debemus, cum justus septies in die ca-
 dat; ibi pedes nostri firmi sunt, et nulla amplius lapsus
 nos tangunt pericula.

Quae S. Procopii epistola ad Theodorum comme- 105.
 morat omnino pathetica sunt: "Quid ea vita beatius
 erit? Non est cur illis pauperiam metuas et morbum, ne-
 mo videbit contumaliosum, neque iniquè oppressum, ne-
 mo irascentem, exasperantem, aut invidentem, nemo ar-
 dentem abundantia concupiscentia; omnia enim erunt pax,
 latitudo, gaudium, omnis dies, splendor, lux.... Quemadmo-"

»Ium puerus Regius primum alitur cibo non admodum
 » Splendido, terratur minis pedagogi, ne per indulgentiam
 » lapsus paternâ se indignum reddat haereditate, mox re-
 » gium nactus majestatem omnia hæc mutat; prostrat
 » eum magna libertate, vestitus purpura, numeroso stipa-
 » tus Satellitis..... Sic tunc eveniet omnibus Sanctis. Con-
 » templemur Dominum in monte transfiguratum, et Splen-
 » dentem, quanquam p.

106.

S. Hieronymus lib. i. contra Pelagianos exponens hæc ver-
 ba, Erit Deus omnia in omnibus, » Non erit, » Equit, » Equit
 » in Salomone sapientia, » in David animi mansuetudo, in
 » Elia et Phineas zelus, in Abraham fides, in Petro perfecta
 » dilectio, in electionis Vasa Studium prædicandi, sed totus
 » in cunctis p.

107.

* Epist. 55.
 In novissima
 PP. Benedicti-
 norum Congr.
 S. Mauri in
 Gallia.

In Epistola, quam S. Augustinus ad Januarium scribit,
 præclare Beatorum Statum depingit. De ipsorum actione
 et quiete loquitur, quæ aliud non est, quam Deum laudare. Si-
 ne ullo corporis labore, et sine ulla mentis agitatione;
 ostendit, in quo consistat quies hæc, quæ verum anime Sab-
 batum est; quod quies illa, quæ in vita præsentis oblatu-
 tionibus capitur, fragilis, inconstans et pernicioza sit, et
 vana non nisi in celo reparatur. Possunt etiam videri ea,
 quæ hæc S. Pater lib. 22. de civit. Dei c. 24. 30. p. et in soli-
 loquiis suis differit.

109.

S. Gregorius lib. 4. moral. c. 31. Hom. 22. in Zachar. et
 S. Bernardus serm. 5. in Vigil. Nativit. Domini, et serm. 2.
 in festo omn. SS. hæc in rem præclariora S. Scriptura loca
 adaptant; sicut in Elogio S. Martini, et serm. 4. in
 Gal. 90.

Legæ etiam S. Hieronymum in oratione funebri S. Paula,
 in exposit. bfl. 41. et in c. 2. Epist. S. Pauli ad Ephesios.

P. Ludovicus de granada omnino patheticè et piè hæc
 de re locutus est in pluribus operibus suis.

Domini Nicolius etiam in suis Speciminibus morali-
 bus præclare de beatitudine eloquitur.

110.

Concionatores, quorum opera typis vulgata præ mani-
 bus habemus, cum summa unctione et energia de hæc ma-
 teria differant, præcipuè Dominus Joli Episcopus Agi-
 nensis, qui de ea quatuor præclaros sermones edidit. In pri-
 mo ostendit felicitatem Sanctorum consistere in visione
 Dei, ac sui ipsorum in Deo; quod hæc visio ipsorum beatitu-
 dinem constituat; quod Deus lumine gloriæ suæ ipsos beatos

efficiat; quod totum Deum videant, quid sit, quid pro
 ipsis fecerit, ipsorum praedestinationis secreta, gratias,
 quas acceperunt, &c.

In secundo, quod Beati non modo cognoscant Deum,
 sed etiam diligant, atque tria ipsorum dilectionis ma-
 gitudinem manifestent, quorum primum est ipsorum
 propensio ac vehemens desiderium; secundum, lumen
 gloria; et tertium, illicium quod in Deo est.

In tertio ostendit, quod inter Deum et Beatos sit
 unitas moralis, 1^o operationis, 2^o vite, 3^o substantiae et
 naturae.

In quarto, loquitur de gaudio Beatorum, cuius plenitu-
 dinem quatuor efficiunt, 1^o Magnitudo et excellentia ob-
 jecti ipsorum. 2^o Capacitas Subjecti. 3^o Perfecta unio poten-
 tiae et objecti. 4^o Affectus et attentis Status sui.

Blasphemia.

Sermo primus.

Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum.

Exodi 20.

Pro ingressu
 ad tractus.

Dei nomen ipsi Deo non minus charum est, quam pro-
 prium suum esse, inquit Origenes: et quantum ipsius intar-
 est suam tuam gloriam, tantum etiam ipsius refert curare,
 ut sanctum ipsius nomen honoratur et adoratur. Ubi de
 eo Davidi sermo est, illud pronunciare non audeat, tantam
 habet illius venerationem. Benedictum, inquit Psal. 71. no-
men Majestatis ejus in aeternum, et replabitur Majestate
ejus omnis terra. Quando Judaei de eo loquabantur, illud
 adeo augustum existimabant, ut ineffabile crederent;
 notatque Philo, solum Sacerdotem Magnum illud pronun-
 ciasse, cum populo benediceret, idque adeo caute, ut ne-
 que nominis hujus pronuntiatio aut articulatio levaretur.

112.

Et tamen hoc ineffabile nomen, nomen venerabile,
 nomen majestatis et gloria plenum hodie profertur sine
 respectu, sine animi collectione, sine reverentia; et adhuc
 magis inauditum est, hoc ipsum nomen laeditur non modo
 imprecationibus at juramentis inutilibus, sed et in contem-
 tum adducitur atque infamia notatur per scandalosus
 blasphemias.

113.

Dantur juramenta licita, et quae sine peccato profanun-
 tur; at quaevis blasphemia horrendum semper fuit pecca-
 tum. Jurare quis potest, modo id faciat cum veritate, justiti-